 et hominibz terre nostre Aquependis omnes concessionez, gratias
 et

et privilegia eis a Romanis Pontificibus predecessoribus
 nostris, et ab eis potestatem habentibus concessas et concessas
 In quantum laudabilia fuerint, et in preiudicium Ecclesia-
 sticę libertatis non tendant per literas nostras in forma
 brevis confirmavimus, prout in illis literis vobis constare pote-
 rit. Cum autem, ac accepimus inter illa omnia privilegia
 et concessiones predictę Terrę eis concessas, et per nos
 confirmatas, hoc etiam eis olim concessum fuerit, ut pro
 necessitatibus ab omnibus alijs Terris, nobis et Romanę Ecclesię
 subiectis gratiam extrahere possint. Qua propter vobis pre-
 cipimus et mandamus, vestra, et ipsius hominibus, aut
 eor. mandatarior. gratiam predictam ad usum et necessita-
 tem eor., solatis contrariis camere Apostolicę iuris extorere,
 et extrahere permittatis. Ad obstantes brevis ac prohi-
 bitoris et alijs mandatis in contrarium facientibus quibuscu-
 que. Dat. Romę apud sancti Petri sub Annulo Piscatoris die
 xx. Decembris M. cccc. lxxij. Pontificatus nostri An-
 ni primo.

L. Datus

Ad Cetero

Dilectis Filijs Universis et singulis nostris
 et sanctę Romanę Ecclesię officialibus
 presbiteris et futuris

no. 55.

Concessio Communitati Aquipendensis eligendi

101
seu presentandi Rectorem Hospitalis sancti
Lalarii per Bertrandum Cardinalem Aposto-
licae sedis legatum

Bertrandus miseratione divina Titulus sancti Marci Pres-
biter Cardinalis Apostolicae sedis legatus Dilectis in Christo
Comitibus Romanorum Cone Aquaspendentis Urbuetae Dile-
ctissimi in Domino. Perisiones illas ad exauditionis gra-
tiam admittimus non indigne quae irrationis tramite ad-
huc discordant. Sane perisiones uestra nobis exhibita contineba-
tur quod presentandi seu electi Rectoris Hospitalis sancti
Lalarii dilecti uestra Cone Aquaspendentis ad nos tanquam ad
doctores et constructores ipsius concessit retroactis tem-
poribus pertinere sed a quibusdam temporibus citra uis pre-
sentandi, et eligendi Rectorem ad Hospitalis memoratum
fecerat per nos nullis indebitis occupatum. Suppliciter
uobis humiliter ut uobis super hoc providere de oppositionis
remedio misericorditer dignaremur. Nos igitur predictis
uestris supplicationibus inclinati auctoritate qua fungimur
presertim tenore statuimus ac etiam ordinamus ut de ce-
tero electi seu presertim Rectoris ad Hospitalis predictum
cum ipse pro tempore uacare contigerit, qui Rector iuxta
tenorem et formam consuetudinis Hospitalis ipsius regat
et gubernet ad nos et ipsius Rectoris confirmatio seu approbatio
ad Urbuetae Episcopum qui est pro tempore debeat perpetuis
futuris temporibus pertinere. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre ordinationis infringere uel ei ausu tome-
rariis contraire; Siquis autem hoc attemperare presumpserit indi-
gnationem

grationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum
 eius se noverit incurrere facta apud Montemflascum Balneo-
 regem die iij nona Septembris Pontificatus Domini Clementis
 PP VI Anno Septimo

8 pe. 20

n. 56.

Jides omni vicola de Medicis Commissarij Apo-
 stolicis in patrimonio et diocesis Urbis Veteris
 ruy decimis et medij fructus Celeriaz et
 Hospitalis sancti Laſari de Aquapendente non
 debet solvere decimas

Per la presente si fa fede qualemte mi Niccolò de Medicis Co-
 mmissario Apostolico in patrimonio et diocesis Urbis Veteris
 decime et medij fructi secondo l'impositione fatta de la san-
 tita di Papa Julio iij nel presente Anno 1552. Et sendo in
 Aquapendente et l'oratione di dette decime, et volendo tra-
 altri exigere dal Hospital de san Laſaro di detto luogo, pro-
 uocabo che esercita l'officio della hospitalita a tutte quelle
 persone di san Laſaro che in capitano secondo vuole il breue
 de la santita di detto sig. et visto ancora che detto Hospital
 non ha d'ontrata l'anno sinon in quatro o cinq case di Cur-
 ratis tra granti et altre biade et visto ancora che detto Hospital
 per esser pauero non ha mai el passato pagato cosa alcuna
 manco sua sig. ha voluto grauardo a pagamento nissuno, ma
 manconeto com e stato et adietro Et a fede de la Verita lo

Quangelilla Franciscus de Viterbo Not.º di. deo sig. Commissarius
de facta quæstione de man. mans. p. emissione de s. p. et s. et
scripta di. man. propria de deo sig. Commissarius dei r. d.
di. Novembre 1552

Idem Nicolaus de Medicis Commissarius ut
supra manu propria

Quangelilla

Confirmatio privilegii electionis seu presenta-
tionis tanq. donatorum et constructorum sancti
Lodovici de Nicolao Papano sub Anno
1450

Nicolaus Episcopus Servus servorum Dei. Alechis Illis Commu-
ni et Universitati Romanorum Terre Aquependentis
Urbenensium Dilecti Salutem et apostolicam benedictionem
Cum a vobis petitis quod iustum est et honestum tam
rigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per illi-
tudinem officij vni ad debitum perducatur effectum Exhi-
bita siquidem vobis pro parte vestra petitis continebat, quod
Ius presentandi eorum eligendi Rectorem Hospitalis sancti
Lodovici Terre are Aquependentis Urbenensium dilecti ad vos
tanq. ad donatores et constructores eiusdem Hospitalis
conveniat

conuenerat retroactis temporibus pertinere, quodq; bone memo-
 ria Bernardus de sancti Marti presbiter Cardinalis in
 patribus illis Apostolice sedis legatus, cuiusmodi legationis auctori-
 tate statuit, et ordinauit, ut de cetero electis seu presenta-
 tis Rectoris ad dictum hospitale cum ipsum pro tempore
 uacare contingeret, qui Rector iuxta tenorem et tenorem
 Conclij Viennensis hospitale ipsum regeret et gubernaret ad
 us et usus Rectoris confirmatis seu approbatis ad ipsum
 Venerabili pro tempore perpetuis futuris temporibus pertine-
 ret, que quidem statuta et ordinationem predicta sicut
 iuste et prouide facta sunt auctoritate Apostolica confir-
 mamus et prece hiis scriptis patecimus comunimus. Nulli
 ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confir-
 mationis et comunitionis infringere, uel ei ausu temerario
 contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit
 indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli
 Apostolorum eius se noverit incursur. Dat. Roma apud sanctu
 Petrum Anno Incarnationis domine Millesimo quadringent.
 quinquagesimo, quinisdecimo K. Aprilis Pontificatus nostre In-
 no quarto

≡
 N. scutclibon
 Bonannus

 de Monte

Confirmatis Presbitero Viviano Salvatoris, Cle-
rici de Aquapendente clerici virtute suspen-
dendus per Communitatem Aquapendens
in Rehorum dicti hospitalis per R. lum S.
Bartholomeu Venturcellum Vicarium genera-
lem Rehorum in Episcopo Urbis Venetis

Bartholomeus Vitell Venturcellus de Monte Flavone D. S. M. D. N. Episcopi
Urbis Urbis in spiritualibus et temporalibus Vicarius generalis. Vi-
lecto nobis in Episcopo Viviano Salvatoris clerico Aquapendens
salutem in Dño sempiternam. Cum in presentibus digno-
ratur vacare beneficium curiale Ecclesie sancti Laconi
extra et prope portam dictae Civitatis Aquapendens diocesis Urbis Urbis
cuius beneficii sui patronatus constat pertinere ad dictam
Civitatis Communitatem. Et cum per dictam Communitatem
regione dicti huius patronatus fuerit post obitum presbi-
teri Baptiste de eadem ult. eiusdem Rehorum clerici in
Rehorum prefati beneficii et hospitalis sic per sane
eiusdem communitatis nobis constare fecisti. Idem vite
ac morum honestas et alia virtutum laudabilia grā, quibus
apud nos fide dignis probatis testimoniis. Urgent et com-
pellunt nos ut tibi reddamus ad gratiam liberalem. Volentes
igitur providere, ne dictum hospitale, cuius collatio ad
nos spectat et pertinet, paratur aliquid in divinis, ne in
temporalibus deminuetur. Idcirco predictis invitae antedictam
Ecclesiam et hospitale vacans ut supra cum plenitudine iuris
Canonici ac cum omni et singulis iuris et personarum suis
auctoritate

auctoritate nostra ordinaria tibi presentium tenore conferimus
 et assignamus ac te Rectorem ut supra electum confir-
 mamus, ac propterea coram nobis personaliter constitutum
 et genua flexum per anuli in digito tuo in missionem biretti
 in capite positionem et osculum pacis in eisdem Ecclesia ac
 Hospitalis corporalem et adualem possessionem, cum omnibus
 eorum iuribus et pertinentiis inducimus ac de illis inuestimus, re-
 cepto per nos iuramento in manibus nostris per te prebitis, quod
 tuis ac successoribus nostris ac Sancte Romane Ecclesie
 eius et obediens; ac nobis mandatis nostris et nostrorum
 quorum successoribus parebis, ac dilecte Ecclesie et Hospitalis iure
 eiusdem Statuta et ordinationes legitimas seruiet vel deser-
 uiri faciet in diuinis nec ad iura et libertates ipsorum defendere
 et pro posse mantentionis; nihilque ad dictam Ecclesiam specta-
 re seu pertinere alienabis seu distingas: quinimo alienata
 seu distracta ad iura et proprietatem eiusdem reducere conueni-
 mus. Insuper ac mandamus omnibus et singulis dilecte Curie Aquipendy
 presbiteris quatenus se ipsi seu legitimum procuratorem suum
 in actuali eisdem Ecclesie et Hospitalis iure, quod iurium et pertinentiarum
 possent auctoritate nostra inueat immittat et imponant immittat
 et impositionem auctoritate predicta defendat a modo exinde quibus-
 libet illiis de tempore, nec ad de ipsius Ecclesie fructibus redditibus
 et proventus tibi vel tuo procuratori faciat integraliter respon-
 deri contradicere conuenit. ceterum compensando In quorum
 fidem presertim licentias per nostrum et vestre Curie notarium infra-
 scriptum fieri et subscribi fecimus ac sigillis prefati domini nostri
 domini Episcopi Urbani quos in hunc usum appensione muniri
 Datus in Camera solite residentie dilecti domini Vicarii sita in Palatio

Palatio Vrbeno iuxta via notissima latera coram et presen-
tibz Aurelio Camilli de Monte seu Cast. S. Pieri et Constantino
Morelli de Vrbevetor: testibz a predicta uocatis et rogatis

Ludovicus Weberus u. episcopi Vrbevetorij
not. mandati testis

Camilli

Commissis Resaurarium Sanctorum S. Petri
nostri Sape Commissaris Apostolicis nexmo-
lestare hospitalis sancti Calixti Terre Aquapend-
pendetis causa decimarum et mediorum fructuum
not. anno 1552. in forma Copie

Copia literarum a Sergio

M. de Commissaris delle decime e medii fructi del
Datumanis
Intusuro

M. de Commissaris
Seruan Hospitalita! Hospitalis de san Calixto d' Aquapendete
come in iuris una uisita fode et impiegan in essa hospitali-
ta tutto l' entrate sue, ad le molestari per conto dell' execu-
zione delle decime e medii fructi corochi de con i giurati, e di
molt di M. sig. Stati sano di Roma et di uulano de 1552
uembre del Lij

Muro uro p.º dalpin Ves
r.º 60

Confirmatis in forma Copie per Cardinalem Ca-
merarium Commissario Decimarum in Patrimo-
nis ne molestare debeat Hospitali s.ºi in
occasione Decimarum

Copia Literarum a Bergamo

Al N.º Commissario delle Decime del Patrimonio
nostro Cas.^{no}

Inquis vero

N.º Commissario, Verole oltre all'altre qualificationi habbiamo
veduto una fede del Commissario passato per la quale certifica
non haver voluto gravare l'Hospitali di san Gallaro d'acqua-
pende a pagar Decime per haverlo provato servare hospitalita
et haver tanto poca entrata, sendo basta per poter che del con-
tinuo in Anno non haver mai pagato per il passato, Per
che se si commetiamo che ne avra un'giudicare molestia al-
cuna per questa causa, perche se si farebbe torto, et sa-
rebbe un dar occasione ad impedire quelle opere di misericor-
dia che si fanno sielo non mancate di voi et seguire l'
Stato sano di Roma alli iij d' dicembre M.º D. Lij.

Vro Cardinale Camerario

n.º 61

Concessis Comunitati Aquapendensis per M.
et Reuer.ºm Dnum Guidonem Arcanum For-
viam Cardinalem de sancta Flora Camerarium
s.ºe Romane Ecclesie et Gubernatorem perse-
puum

151
100
tuum Terre Aquedependens de eodem a sanct.^{no}
Vno Papa Quarto 48.
Confirmatio Statutorum et privilegiorum et Reforma-
tionum
Item reintegratio malefactorum p[er]petrorum de capi-
talibus
Item extractio vini et fabarum in perpetuum in
grano
Item q[ue] officiales debeant stare iudicari

M^o et R^o Monij. Padrono n[ost]ro oriet^{no}

La Communita d' Aquedependent, e suoi particolari humilissimi et
obedientissimi di v. s. via 15^{ma} et m^o Juanis Accursini et
m^o Bartolomeo Alamanni loro oratori humilme^{te} supplicano
quella come loro procuratore e persona Governatore deputato da
nostro S^o Papa Quarto 15^o Primierame^{te} per la con-
vocatione di loro Statuti Privilegij, constitutioni et reforma-
tioni in quelli modi e forme etc. dalli sommi Pontifici
li suoi Stati confirmati et approvati n[ost]ri a questo di

Copia Placet quatenus sint in usum et iuridici observantia
nec adversentur iurisdictioni ac facultatibus
nobis concessis

J. Arca: Canonalis
Camer
Item

Item supplicano per la restituzione et reintegracione di loro
malefici sospesi et girati dalla se. mem. Papa Paulo
terzo per la fabrica della chada di santa maria della
Cavida de vicovo, per ornamento et comodo non solo
di quella città, ma di tutto il patrimonio, che ne viene
reintegrati come erano prima, e questo per la instauratio-
ne de Bonti muraglie, et strade, et non in altro uso,
che tutto torna a beneficio et honore commune di quella
terra

Copia Concedimus ad beneplacitum nostrum exceptis capita-
libus soluentis in manibus Depositarij nostri
et exponendis ut supra

J. Arc. Cardinalis
am

Item perche detta terra fa grandissimo acquisto et raccolto
di Vini et di faue di esse siuale vendendole et cambian-
dole per uso dell'altre esse di vivere. Si supplica se li conceda
per sempre la tratta di detta Vini secondo la forma di loro
statuti et consuetudini, et la tratta et cambiameto di faue
a grana, et altre esse da vivere insieme san' eshumato se'pre
di faue et san' fatto hno qui

Placet

J. Arcan. Cardinalis
am

Item perche l'honore dell' officiali e Governatori delle terre
è di dare a sindaco Si supplica V. sig. nra. che
il hugonete et ufficiale de li da deputato et per il tempo

deputata in detta terra debba nella fine dello officio suo stare
a indicato, et render conto della administratione sua
secondo è consueto, et egli deve fare per honor suo et contento
del publico

Vacet cum interuechi tamen futuris nos in lo-
cum tenentis

Dati Romae in Aedibus nostris die xxij
Martij 1560

J. Ascan. Cardin. Cam.

Georg. M.

Ro. de Valentibus

Com. Passanus Sec.

n.º 62.

Liberatis per librum Papae secundum Communi-
Aquaspendentis a solutione decimarum pro restau-
ratione Pontis Fluminis Palee prope Civitate
Vrbis Veteris sub Anno 1507.

IVLIVS PP II

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem Superiori
proxima Anno, cum dilecti filij Conservatores Pacis et Commu-
nitatis nostrae Urbisvetane significarent, quod Pontis Fluminis
Palee prope eorundem Civitatem impositus, qui imperi aquarum semidivutus
erat

erat instauraretur atq; reficeretur magnum Viarum periculum
 immineret, q; ipsi parati erant de publico aliquam bonam con-
 tributionem reparationi huiusmodi facere, et ipsum Pontem sub
 insignijs et nomine nostris instaurare, concessimus facultate
 exigendi in Civitate et d.oe Vrbevetan, unam integram deci-
 mam a secularibus personis et regularib; non exemptis. Di-
 lectis D.ois Bernardinis de Augustinis Canonico Vrbevetano
 executori super hoc deputato; et super autem nobis exponitis,
 q; vos qui etiam Pontem super duob; Humine Patet satis
 longum, et quot annis reparatione aliqua indigentem,
 et duos alios inuia, que Romam ducit habetis, satisq;
 magnas impensas in reparatione illar; facitis, cogimur itaq;
 Diocesani ad contributionem et solutionem Decime ante-
 dictae; quare nobis humiliter supplicatis ut premittis attentis;
 vos ab huiusmodi onere releuare paterna benignitate vel-
 lemus; Nos igitur huiusmodi supplicantibus inclinati; vos
 ab onere et solutione Decime antedictae prout eximimus,
 atq; totaliter liberamus; eidem Bernardinis districte inhibentes;
 et sub excommunicationis pena mandantes; Ne vos ad solutionem
 predictae Decime directe vel indirecte compellat; aut illius oc-
 casione quoquo modo molestat; premittis ceterisq; in contrarium
 facientib; non obstantib; quibuscuq; D.ois Roma apud sanctu
 Petrum sub Anulo Piscatoris die quinta septembris M.D. viij.
 Pontif; nostri anno quarto

Sigismundus

a tergo

Dilectis D.ois Innoentio Augustinis Leonis
 Aqueductensis

Privilegium Cemetis Tappe septimi Communitati
 Aguerpendis; qui festo Sancti Laurentij
 possunt fieri nundine in Terra Aguerpendis
 per octo dies sub Anno Domini 1538. 1539.

CIEMENS PP. VII.

Dilecti filij, salutem et apostolicam benedictionem. Exponi no-
 bis fecistis quod cum vobis alias per Se. Be. Alexandrum
 VI. et Iulium II. predecessores nostros ad certum tempus iam du-
 dum effluxum et deinde ad eorum beneplacitum concessum extiterit
 ut nundinas in ista nostra Terra per octo dies celebrare cum
 solitis exemptionibus, et immunitatibus possitis; easque per dictos
 octo dies immediate qualibet anno Mensis Maij, inchoare et celebrare
 soliti sitis, desideratis dictas nundinas in alio vobis et circumvicinis
 personis ad eas accedere solitis comodiori tempore videlicet in
 festo sancti Laurentij, martiris de Mense Augusti singulis
 Annis celebrare posse; proinde humiliter vobis supplicari feci-
 stis; ut hoc vobis concedere aliasque in premittis opportune pro-
 videre de benignitate apostolica dignaremur; Nos autem
 qui paternam dilectionem subditos nostros quantum cum Deo pos-
 sumus prosequimur Verbis huiusmodi supplicationibus inclinati
 vobis quod nundinas quas ut praefertur celebrare convenistis
 una quoque Anno per octo dies incipendos in Vigilia dicti festi
 sancti Laurentij, continuas celebrare possitis cum omnibus et singulis
 libertatibus securitatibus exemptionibus immunitatibus; que solitis sub
 concedi et observari ab Universis subditis sancte Romane Ecclie
 mediate vel immediate subiectis, sine tamen praedictis
 camerae nostrae Apostolicae ad nostrum et sedis apostolicae benepla-
 citum aut auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et in-
 dulgemus, Ita quod omnes et singuli homines et persone ad dictas
 nundinas

mundinas ire, redire stare pernoctare et in diebus vestro districtu
 et mundinis uenalia tenere, uendere, extrahere, distrahere, liberis et seruis
 sine aliqua molestia aut grauamine in persona uel bonis, et cum
 animalibus grossis seu minutis oneratis, seu ad onusibus et aliis quibus-
 cunque mercatoribus, mercatoribus, mercatoribus, et illa seu illas possint
 et ualeant liberis et seruis conducere et reducere et ut supra
 uendere et distrahere, empta, asportari, et extrahi per quascunque
 personas quibuscunque personis ad quascunque loca etiam extra
 territorium sancte Romane Ecclesie. Turamur et quocunque
 alio genere statutorum semper exceptis, nisi aliqua solutio gabelli-
 te tractu pontium, uel aliorum grauaminis, tam organarum
 patrimonii quam aliorum quibuscunque personis perstentibus, dum-
 modo animalia et aduana prouincie patrimonii sine bul-
 leta aduana, ipsius prouincie uenire ad possint. Mandantes
 nos excois latere sententia pena per inobedientes illis incurren-
 da omnibus et singulis Gubernatoribus officialibus iudicibus justitiariis
 Barisollis, executoribus castellanis, et alijs quibuscunque
 etiam uariis et gabellariis, ut dictis, conductibus uenden-
 tibus, et extrahentibus quomodolibet supra mercantiam
 pecorae animalia quocunque faueant et omni oportuna fauore
 assistant, premissas mundinas absque aliquo impedimento,
 uos libere celebrare iuxta prescriptum tenorem sinant et
 permittant, proditoribus et rebelibus bullarum fabricatoribus in-
 dignis latronibus et illis qui hominidum in terris Ecclesie
 commiserunt semper exceptis, contrariis non obstantibus quibuscunque.
 Dat. Roma apud sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die xvi.
 Maij M. D. xxxij. Pont. nostri Ann. secundo

Blessius

100
Dilectis Filiis Universitati et hominibus
Terrae nostrae Aquependensis
n.º 64

Inhibens Leonis Papae Decimo ne quisquis sine
Cuius, sive Inglea etiam similis, et al. depen-
dians sacre Romanae Ecclesiae ferret arma
neq. offensibilia neq. defensibilia, neq. de
die neq. de nocte in Terra Aquependensis
neq. in eius Territorio sub Armis suis usq.

ILL. P. P. X.

Dilectis Filiis Locutari Praesib. Consilio, Communitati et hominibus,
ac particularibus personis Terrae nostrae Aquependensis salutem
et apostolicam benedictionem, certiores facti sumus ipse esse
nonnullos qui die nocteque diversa arma offensibilia scilicet,
et defensibilia ferret, sapissime inhibitionem et inventionem
prebent seditionum atq. tumultus, cum rei nos pro paterna
caritate qua nos et distan Terra complectimur, Volentes
oportere providere simulq. scandalis, que inde exoriri possent,
obviare, Decernimus et declaramus per praesens, Ut quisquis
sive cuius, sive Inglea cuiuscunq. Status, gradus, ordinis vel
conditionis etiam in nostris et S. R. E. Suspendij mediato
vel Immediato militet, ad audeat aut quovis modo presumat
indita Terra sive eius comitate et districtu, tam die quam
nocturne arma cuiuscunq. generis praedicta deferre, sub indignationis
nostrae, ac excommunicationis, quingentorumq. Ducatorum, ac priva-
tionis Suspendij, seu salarii sui, Si milites fuerint, alijs gravissimis
penis

paris et multas in contrarietas usque ac viregas in ista
 provincia pro compositis exilibus arbitris infligendis, et Casere
 Apostolicis applicandis, et propterea vobis, seu illi vel illis ad
 quos spectat hanc serie distincte precipiendo mandamus quos
 presentem voluntatem declarationem, et decretum nostrum
 per publicum Proclama promulgetis seu in vulgari ser-
 mone promulgar faciatis. Ita ut nullus illoz ignorantia
 pretere se allegare possit in contrarium, facien ad
 obtemperandum quibusvis. Datis Roma apud sanctum Petrum
 sub anulo piscatoris die viij. Aprilis M. D. XLIX.
 Pontificatus nostri anno septimo

Evangelista

n. 65

Liberatis Calisi Paderlensis, Communis Aquespren-
 dentis ab acceptione subroz, decem sacris
 ubi punit post Jubileum
 Item a nova capella et iurisdictione subeunda Co-
 nventus
 Item relaxatis quinquaginta ducatorum de rubis-
 tis apostolicis pro restoratione murorum

CALISTVS PP. VIJ.

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem, cognita de-
 votionis fide, quoz Integritas quoad nos et Romanam Ecclesiam
 geritum promeretur ut ea per que comodo securitati ac tranquil-
 litati vestre consulitur quantum ad vos possumus favorabiliter

annuamus. Cum itaq; per dilectos filios oratores uel hoc nuper ad
nos destinatos uestro nomine expostitum fuerit quemadmodum
à tempore Iubilei in quo certum bannum emanauit in rebus
decem salis ultra antiquam et consuetam taxam hanc quolibet
grauari fuisse potest et nunc grauari assentis proptereaq; sup-
plicari fuisse ut uos ab hoc onere liberare, et grauamen amo-
uere et ad iustum, et debitum modum reducere dignaremur.

Cornetanis quoq; qui nouam et inuitatam salis gabellam a uestro
Communi origine temptant, neis anstus aggredi audeant;
eis inhiberi poterit. Insuper quia nosse et Celestis Gentes transiti
faciles uobis damna intulerunt ualorem cc. ¹⁰³ florenz, aut
uel id circa ascendere consideratis etiam expensis, quas belli
tempore subiuistis et cui muri etiam illius nosse terre sicut es-
sentis reparatione indigere noscantur, ut aliquid in opus fabrica-
ce largiamur postulatis. Nos erga Communitatem uestram
liberalitate uti uolentes, uelitis in hac parte reparationis in-
clinari ut eo. ¹⁰³ feruentiores in nosstra et Apostolicæ Sedis
deuotione officium uestra capendum sal uos sicut facere
conueniens ante tempus Iubilei reducamus, et ita decreuimus
deinceps obseruari debere de gabella autem hinc noua et inuita-
tata Cornetanis ac alijs ad quos pertinet expresse precipimus
ne aliquo modo quicq; occasione huiusmodi post hoc exagere pre-
sumant, in reparatione uero murorum uestrorum de subsidio cc. lxxx.
florenz, quos nosse Camere persolvere tenemini pro hoc Anno
duntaxat uobis quinquaginta ducatos liberaliter relaxamus
in opus fabricæ huiusmodi fideliter conuertendos. Mandatis
quibuscumq; officialibus uestris quos interest uel intulerit in-
futuris ut promissa omnia obtineant et ab alijs inuiolabiliter
obseruari faciant, irritum quoq; et inane decernimus si secus
supra a quocumque quauis auctoritate scienter uel ignoranter
contigerit

consequenter attentius. Constitutionibus et adnationibus Apostolicis
ac Statutis et consuetudinibus eorumque canonice ad observandis
quibusvis. Datum Roma apud sanctum Petrum sub anno
Petratoris Dec. ~~xxx~~ septuaginta. M. cccc. Pontificatus nostri
Inno. sexti.

Marcellus

Ad Grego

Dilectis huiusmodi officibus ac commun. Deum vobis
Aquependis Imperialis Dec.

Concessis maleficiis sine penam per laudem
Papam Romanam Communitati Aquependis
An. Dni 1419.

LEO PP. X^s

Dilecti tibi salutem et apostolicam benedictionem. Et parte
vestra fuit nobis nuper expeditum quod licet ex forma Capitulum
et indultorum per A. H. Dec. Eugenium Papam iij. prede-
cessorem nostrum propter bonemerita vestra ego sedem apo-
stolicam vobis concesserim et a nullo. Ho. Pontif. prede-
cessoribus notis approbatus nec alia caveatur expresse quod
omnes condemnationes maleficiis in terra nostra Aquependis
Comitatus sint et esse debeant in perpetuum vestre Communitatis
et in pacifica possessione percipiendi tales condemnationes
com. conservari fueritis. Super tamen Quidam Inno. viij.

101
Cathenarius in provincia nostra Patrimonii super exactione malefactorum
huiusmodi Fabrica Palatii Civitatis Montiflavensis applicatorum Commiss-
sarius noster tunc in huiusmodi agentis vigore quorundam liti-
rarum nostrarum in forma brevis eidem directas, quibus derogari
cessit omnibus privilegiis et indulgentiis etiam si sua contractus a
sede prefata concessis, vos et Communitatem vestram huiusmodi
super tali exactione molestare et inquietare attentaverit. Quare
Similiter nobis supplicari curastis ut indemnitati vestre con-
sistere, et communitatem istam in iuris iuribus et privilegiis suis
sacrosanctis inviolabiliter observatis conservare dignaretur et
itaque ob singulari vestram erga nos et dictam Sedem
sinceram devotionem Privilegia, concessiones et indulta vobis
a dicta sede concessa et confirmata ne dum illesa et intacta
servare imo ea potius de vobis exigentibus meritis augere et an-
pliare intenditis, vestris in hac parte supplicationibus inclinati
litteras predictas Antonis Cathenarius et quibuscumque alijs preteritis
et predecessores vestros directas sibi pro sufficienter expressis
inter vos et Communitatem vestram in possessione percipiendi
tales condemnationes malefactorum iuxta antiquam et approbatam
ultra sexaginta annos observatam consuetudinem ac vi-
gore privilegiorum a dicta sede Apostolica vobis concessorum
emanatam conservandos et manutenendos esse in his in-
quibus sacrosanctis in pacifica possessione fuistis et non aliter per
preteritis decernimus. Mandantes omnibus et singulis officialibus
et Commissariis nostris presentibus et futuris de vos et Communita-
tem vestram super dictis condemnationibus inde capitis expresse
derogamus per preteritis concessis malefactorum contrariis quibus-
cumque Datum Roma apud Sanctum Petrum sub annulo piscatorum
die 2 february M. D. LXX. Pontificatus nostri Innocentii
Cyprius

lepius exigendis amplius molestare et inquietare aliquo modo
audeant aut premant. Non obstantibus licentis dictis nostris
Cathenaris directis, quibus et illarum occasionem omnibus et singu-
lis condemnatis et recedentibus.

Evangelista

A. C. 1479

Dilectis filiis hominibus et universitati terre
nostrae Aquenensis Episcopi & Capituli Vice

n. 67

Mandatum dicti Pape Quarta Communitati
Aquenensis pro ferenda sententia salmas
farinae ad cathum sancti Quirici vel ad
Duciam sub Anno Dni 1479.

SIXTVS PP. IIII

Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem. Quia
ita necessitas postulat, volumus ac vobis presentium tenore
sub indignationis nostrae et centi ducatorum Camere nostrae
ipso facto si contra fueritis apprehendos poenis mandamus
quatenus infra quindecim dies a receptione preschium ad-
putandos deferre debeatis centi salmas farinae ad Cathum
sancti Quirici, vel ad Duciam omni mora et contradic-
tione cessante, secundum quod nobis dilecti filii Innocentius Pre-
ceptor hospitalis sancti spiritus in saxia de Urbe et Johannes
de Niterbis Commissarii nostri vel aliter ipsos ordinabunt con-
trariis ad obstantibus quibusvis. Dati Romae apud sanctum Petrum

sub titulo piscatoris die xli. octobris M. cccc. lxxviii. Pontifi-
catus nostri sancti Petri

Gregorius

¶ Ergo

Dilectis filiis Prioribus. Sacerdotibus et Com-
muni Terre Rothomagensis

Privilegium Pauli Papae quarti Communitati
Aquependensis pro confirmatione privilegiorum
exemptionum. Immunitatum. Statutorum. ordi-
nationum. reformationum. decretorum et facultatum
etiamque Terra Aquependensis nullatenus possit
dari in administrationem seu gubernium alicui
expresso consensu Communitatis alicuius personae
Itemque causas tam civiles quam criminales
dictae Terre in prima Instancia cognoscere
debeat a Potestate dictae loci sub tenore
1455.

PAVLVS EP. IIII.

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Constantia et
eximie deuotionis affectus, quo stas et Romanam reuerentiam
Ecclesiam promouetur ut his que uobis per Romanos Pontifices
predecessores nostros concessa dicuntur ut eo firmius persistant
Ipsius munus minus preidium impariamur. His itaq. uelut in
Sae

hac parte supplicacionibus instituti omnia et singula privilegia
 exemptiones, gratias, prerogativas et alias facultates etiam sup-
 ra ad nos seu illa terra nostra Aquapendens alium etiam
 in administrationem seu gubernium, absq[ue] uestro expresse con-
 sentu committi seu dari nullatenus valeatis. Quodam Cause tam
 Civiles quam criminales eiusdem terre etiam illius Potestate
 in prima instantia cognosci, et extra dictam terram extrahi
 nullatenus possint, tam p[er] se: re: Innocentium II. iij, et alios
 quoscunq[ue] Romanos Pontifices predecessores nostros ac sedem
 Apostolicam sub quocunq[ue] tenore et formis, ac cu[m] quibus-
 cunq[ue] clausulis et decretis concessa, quatenus sint in usu et
 usudi observanda, et ecclesiasticam libertatem ad offendant,
 nec ad verba statuta, ordinationes, reformationes et de-
 creta, quatenus sint licita et honesta, ac sacris canonibus
 non contraria auctoritate apostolica tenore presentium
 confirmamus et approbamus illaq[ue] valida et efficacia con-
 stare, ac perpetua firmitate robur obtinere et inviolabiliter
 observari debere decernimus. Non obstantibus constitutionibus
 et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunq[ue]
 Datum Rome apud sanctam Mariam in Arcibus sub Anulo Pi-
 scatoris die xxv. mensis de O. LV. Pontificatus nostri An-
 no primo.

Io. Laminon

et Virgo

Obedis filijs Quiribus et Universitatibus Homi-
 num terre nostre Aquapendens

Concessimus Leonis Pape Decimi. Communitati Aquae
 pondentis Venationis et aucupationis per totum
 territorium Aquae pondentis praeterquam cum lumine
 et ad camparum respectum sub anno Domini
 1519

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Sicut superioribus
 temporibus pro vestris, et curialium vestrorum commodo per alias litteras
 in forma brevis litteras directas dilectis filijs Juliano de Suscaro
 in civitate nostra Cornet commoranti. Commissarius noster ordinis
 verimus, quod per totam provinciam nostram Patrimonii, et fortasse
 per nonnulla alia loca venari aliquod genus animalium gen-
 tium vulgariter nuncupatorum atque aucupari perniciosa, et generis
 huiusmodi auium auctoritate nostra sub penis indistinctis liti-
 ris prohiberet, tamen quia super ea parte nostra fuit nobis
 supplicatum, quod pro tollenda omni Invenentia et alijs de dicta Roma-
 ae etiam pro quibusdam alijs commoditatibus quas communitas
 predicta et eius homines annuatim et venare et aucupari
 predictis percipere solent, singulis annis per unum Martium
 ante natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, et ante diem Con-
 ceptionis Beatae ad animalia, et aves predictas ad alia
 animalia et aves indifferenter singulis anni temporibus venandi
 et aucupandi per territorium dictae civitatis, ac etiam ultra flumen
 Palee versus Civitatem Senas, prout annis decursis solent
 licentiam concedere dignaremur, istos commodis vestris et
 praesertim consulere volebat. Et quia curiales praefati ex
 civitate et locis predictis nullam commoditatem seu saltem parvam
 percipere solent huiusmodi supplicationibus inclinati. Vobis Communitati
 vestrae praefatae Romae praesentibus, quod predictum nostrum territorium

ac etiam ultra flumen Palee versus Civitatem Senarum Suismodi
 in posterum singulis annis (ut presertim) animalia et aves predicta
 preterquam cum lumine, et ad campanam respectu libere et impune
 venari et aucupari possitis, auctoritate Apostolica tenore presen-
 tium licentiam concedimus et etiam facultatem. Predictis alijs
 nostris prohibitionibus Suismodi locis, ceterisque contrariis quibus-
 cunque non obstantibus. Datus Rome apud sanctum Petrum sub
 anulo Piscatoris die XXVIIJ Januarij, M. D. XXIII. Pon-
 tificatus nostri anno sexto

A Tergo

Dilectis filiis Communitati et hominibus Terre
 nostre Aquapendensis

n^o - 70.

Confirmatio Pauli Pape secundi Statutorum et pri-
 vilegiorum Terre Aquapendensis
 Item relaxatio Terre partis solutionis subdy
 unius homini pro reparatione murorum sub Anno
 1464

PAVLVS PP. II.

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Fidelitatis et
 deuotionis vestre sinceritas, quam erga nos et sedem apostolicam
 gentis nos induat, et vos specialibus gratijs et fauoribus prosecuamur.
 Itaque omnia et singula Statuta vestra, Ordinationes, nec non pri-
 uilegia, gratias, concessionis, Immunitates Ecclesiasticas et indul-
 gentias, Pribus et communitati vestre per Romanos Pontifices predecessores
 nostros et ab eis preestatas habentes concessas et concessas

Illas et illa vs. que iusta et rationabilia sunt et contra libertatem Ecclesiasticam non faciunt. Tenore preteritum approbamus auctoritate apostolica et confirmamus, prout saltem laudabiliter observata extiterunt. Insuper de pecuniis quas occasione subdij et alijs quomodolibet Camere Apostolice annuatim solvere tenebuntur, etiam partem unius anni proxime futuri a dat. preteritum computandi in reparationem murorum vestrorum conuictam: Vobis remittimus, et liberaliter condempnamus. Sciantur. Resaurens vestro patrimonio, preteritum et pro tempore existenti, quatenus reuera ratione, q. dicta lexia in premissis et ad alium usum conuertatur, cum in vestris computis admittat, prout nos admittimus in suis preteritum. Datis Roma apud sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die xi. Decembris m. cccc. lxxiii. Pontif. nat. Anni primo.

L. Dat. Sus

In tergo

Dilectis filijs Communitati et hominibus Civitatis
nostre Aquependensis

n. 71

Confirmatis dudum Pape Quinti Statutis et
privilegijs Civitatis Aquependensis

NICOLAVS PP. V.

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filius
Joannes donatus Legum Doctorum, Marianum Angelus et
Joannes

Iohannem Iacobum oratores uestros, qui nup. ex uestri parte ad nos-
 sham presentiam accesserunt grato et libenti animo suscepimus
 atq. attendentes uestre fidei et deuotionis affectum, quem erga nos
 Romanam Ecclesiam et sedem Apostolicam geritis, perreclis
 orationibus et uestri parte ab eisdem oratoribus supplicationibus
 inclinati omnia et singula priuilegia Immunitates et capitula
 uobis et Vniuersitati uestre per Julius recordationis Eugenium
 Papam iij. predecessorem nostrum uel patrum eius auctoritate
 concessa confirmamus et approbamus. ac presertim breuis cen-
 sue et parochialis edimurimus. Eandem uestram deuotionem hor-
 tantes in dno quatenus in diuina fidei et deuotionis affectu
 ita diuice permanere et persequere uelitis, ut a nobis et dicta
 sede amplioribus prerogatiuis et priuilegijs decorari mereamini.
 Dat. Romę apud sancta Petrum sub anulo piscatoris die
 uigesimatercia Martij Pontificatus nostri anno
 primo

A. de Absentia

A. Ergo

Dilectis Filijs Præb. et Vniuersitati Cene nostre
 Aquependentis Urbanae Dioc.

n. 72.

Confirmatis Leonis Pape Decimi Statutis et pri-
 uilegijs Comunitatis Cene Aquependentis sub
 Anno Dni 1513.

LEO PAPA X

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Petram erga sanctam
Romane Ecclesie fidem et sinceram deuotionem perspetam
omni tempore habuimus. Itaque ut in diuinitate deuotione uos
eo feruentius perseruare possitis, quos precibus a nobis uenerabilibus
gratijs prosecuti. Vestris in hac parte supplicationibus inclinatis om-
nia et singula capitula, privilegia et indulta, nec ad breuia con-
cessionis Immunitates et gratias uobis per Romanos Pontifices
predecessores nostros, apostolicos uel legatos aut ab eis potestatem
habentes concessa quatenus iusta et rationabilia sunt, et in pro-
iudicium Ecclesie libertatis ad eandem, tenore presentium uer-
itate apostolica prout habemus laudabiliter obseruata fuerunt
confirmamus et approbamus. Mandantes legato uel legato, seu
Gubernatori ac Vicecomiti et Dodanensis prouincie, ac
Iure patrimonio presentis iure et pro tempore existentibus
ac ceteris ad quos spectat, ut premissa et huiusmodi confir-
mationem nostram uobis inuisibiliter obseruent. In contrarium
facientibus ad obstantibus quibuscumque. Datus Romae apud
sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XXI. Aprilis an-
no D. M. C. LXXII. Pontificatus nostri anno primo

Bato^{us} Sacerdos

A. Urigo

Dilectis filiis Vicariis Cuius Antepositis et Com-
muni. Certe nostre Acquiescentibus

n^o 73.

Confirmatio Innocentij Pape octauo. Statutorum et pri-
uilegiorum Communitatis Acquiescentibus

Item

Item relaxatio subridij per unum annum pro repara-
tione pontis palee sub Anno Domini 1494.

INNOCENTIUS PP. VIII.

Dilecti filij, salutem et apostolicam benedictionem. Constantis deuotio et
fides uestra, quam ad nos et Romanam Ecclesiam gerere compro-
bationi requirit, ut petitionibus uestris quantum fieri licet, beni-
uolum prestemus assensum. Hinc est quod omnia et uigula pri-
uilegia, capitula, ordinationes, reformationes, gratias, bullas bre-
uia, statuta et insula per Romanos Pontifices predecessores nos-
tros aut ab eis facultatem habentes, uobis et Communitati ue-
stre concessa, dummodo iusta et rationabilia sint et in preui-
dium libertatis Ecclesiasticae non cedant apostolica auctoritate
presentium tenore approbamus et confirmamus. Preterea ut
uost oportunitis fauoribus prosequamur, et necessitates uestras sub-
leuemus, quo melius circa curam publicorum operum, et uiato-
ribus maxime necessariis intendere ualeatis. Subsidium unius
anni, quod Camere nostre apostolice annuatim soluere tene-
mini, et quod ad ducentos octuaginta ducatos, ad rationem
septuaginta duorum baiucatorum pro quolibet ducato ascendere aue-
ritis, uobis et nunc remittimus et donamus; Ita tamen ut
pecuniam sane totam in reparationem et refactionem Pontis
Palee cum effectu in hoc proximo futuro Anno omnino conuer-
tere et exponere debeatis. Mandantes Resauariis prouinciae
nostre paramonij, quatenus reuisa ratione uestra, uobis di-
ctos ducatos ducentos octuaginta similiter pro reparatione et re-
fectione huiusmodi remittat, et in uestris computis admitat, prout
et nos per presertim in uis admittimus. Datis Roma apud sanctum
Petrum sub Anno incarnationis die xxviii. Octobris M. cccc. lxxiiii.

Pontificatus nostri Anno primo.

L. Grifus

A. Largo

Dilectis Filijs Prioribus Sive Antepositis et Com-
muni Reue[n]te nostre Aquapendens

n^o 74

Concessis Alexandri Pape sexti Comuni Aquapendens
punas maleficis

Item quod animalia dictę Reue[n]te possunt duci, et re-
duci ad pasuandum extra Territorium Aquapen-
dentes per viginti miliaria absq[ue] solutione
fidei et ractę sub Anno Dni 1493. Alexander PP. VI.

Dilecti Filij salutem et apostolicam benedictionem. Sciens deuotio-
nis et fidelitatis affectus quem ad nos et S. No. egeritis pro-
merensur, ut nos specialib[us] gratijs prosequamur. Cum itaq[ue] sicut
vobis exponi fecistis et inuoluitis et privilegijs a sede Apostolica
et Romanis Pontificibus vobis concessis, omnes et singulos prouen-
tione maleficis et condemnationum quarumcumq[ue] pro tempore
in terra ista nostra commissos et committendos ad communitatem
vestram pertinere illor[um] semper precepistis et iudicatis. Super-
vixime vero Commissarius ad exequendum et exequendum penas
condemnationu[m] in provincia nostra patrimonij deputatus, quor[um]
dam condemnationes antiquas et ad exaltas pro Camera nostra
Apostolica cogere velle. Et licet nos privilegia cuiusmodi alle-
gaueritis; ipse nos nihilominus molestat. Ceterum cum alias
a nostra Apostolica Camera per literas patentes et alias fuisse
vobis

vobis concessum ut animalia vestra propter angustiam vestri
 tenementi; ad aliena pasua, et loca vicina etiam extra domi-
 nium vestrum temporale conducere, et inde reducere possitis,
 absq; aliqua fide, et ralte solutione, et p tunc vobanarium
 pasuor; patrimonij etiam declaratum fuerit distax literarum
 vigore, loca qra vicina extendi et intelligi debore infra vi-
 ginti miliaria, et ita eandem diste declarationis huiusmodi co-
 cessionem continuastis, quamvis per modernu diste Do Sarax
 Do Saranium, seu eius vice vobanarium, preter formam literaru
 et declarationis predicte ruz et indebito fueritis gravati et mo-
 lestati; Supplicatis igitur vobis de benignitate apostolica pro-
 videre, Vestris igitur petitionib; pme armulet presentium
 Lenore auctoritate apostolica dicto Commissario moderno et
 p tunc tempore existentib; mandamus, ut si ita est a dicta mole-
 stia et vexatione omnino abstinere. Privilegijs q; concessis
 vobis ut prefertur concessis vos faciat efficaciter gravare, co-
 cessionem quoq; per literas Camere huiusmodi iux ipsar; literas,
 et declarationis predicte vigore per vobanarium ut premissum
 est facte, quam quidem concessionem in quantum opus sit hanc
 serie auctoritate predicta confirmamus per moderam et
 pro tempore vobanarium, et illos ad quos spectat mandamus
 inviolabiliter observari sub pena Indignationis nostre non
 obstantib; contrarijs quibuscunq; Datum Vrbe vetea sub anno
 piscationis die iij Decembris M cccc lxxxij Pontificatus
 nostri anno secundo.

B. Florius

A. Largo
 Delectis filijs Præb; & Commune Cene nostre hque-
 pendib;

Confirmatio Julij Pape Terrij Statutorum et privilegiorum
Communitatis Terrae Aquependentis

Item q. cause tam civiles quam criminales in
prima Instantia cognoscantur a Potestate
dicte Terrae extra dictam Terram nullatenus
tractari possint

Item q. dicta Terra non possit dari in gubernium
seu administrationem alicui sine expresso
consensu Communitatis sub Anno Dni 1550.

IVLIVS PP. III

Dilecti filij filij salutem et apostolicam benedictionem. Constantia
et exinde devotionis effectus, quo vos et Romanam reverentissimam
Eclesiam promeretur, ut his que vobis per Romanos Pontifices
predecessores vestros concessa dicuntur ut eo firmiter persistant
Apostolici numinis presidium impartiamur. Nos itaq. vestris in
hac parte supplicationibus inclinatis, omnia et singula privilegia
exemptiones Immunitates gratias prerogativas et alias facultates
etiam super eo quod vos seu ista Terra nostra Aquependentis
alicui etiam in administrationem seu gubernium absq. expresso
vestro consensu committi seu dari nullatenus valeatis; quodq. cause
tam civiles quam criminales eundem Terrae coram illius Potestate
in prima Instantia cognosci et extra dictam Terram tractari nul-
latenus possint tam per se: Ne. Paulum PP. iij. et
alios quoscumq. Romanos Pontifices predecessores nostros, ac
sedem apostolicam illi usq. legatos q. alios quoscumq. sub quibusvis
rationibus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis concessimus
quatenus sint in usu et iuridi observantia nec non vestra
Statuta

Statuta ordinationes reformationes et decreta quatenus sint
 licita et honesta ac sacris canonibus non contraria auctoritate
 apostolica tenore presentium confirmamus et approbamus.
 illasque ualida et efficacia existere, ac perpetue firmitatis robur
 obtinere et inuiolabiliter observari debere decernimus. Sup-
 plentes omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui forsan
 interuenissent in eisdem. Et insuper cum nuper ex distributione
 Terrarum et aliorum locorum ad diocesanam Romanam Ecclesiam pertinentem
 in conclave in quo diuina fauente clemencia ad summum apo-
 stolicum apicem assumpti fuimus facta uel acta et certa
 permutatione dicta terra Aquependensis illiusque gubernium
 dicti filii nostri Guidonis Arcanici sporcis sancti Cuthacri
 Diaconi Cardinalis de sancta Flora nuncupato dictae sanctae
 Romanae Ecclesiae Camerario conuerterit. Nosque Terram
 ipsam Aquependensem eidem ad illius uitam concesserimus
 prout in nostris in forma breuis demum confectis literis, quarum
 tenores presentibus haberi uolumus, pro expressis plenius con-
 tineatur, concessionem Terrae seu gubernij, ac literas huius-
 modi attento, quod Idem Guido Arcanici Cardinalis Camera-
 rius certis respectibus, et nostris etiam insuper omni iuri ui-
 gore literarum prefatarum sibi demum competere in manibus
 nostris sponte cecit et harum literarum expeditioni libere conuer-
 tit auctoritate et tenore premissis reuocamus, cassamus, et
 annullamus, illasque nullum robur nullamque uim obtinere, neque
 eidem Guidoni Arcanici Cardinali et Camerario suffragari posse
 volumus et decernimus non obstantibus premissis sequentibus
 constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis

117

et declarante uenditionem huiusmodi procedere permittere
deberet; nisi in generali uestro concilio alius modus uisus ob-
tentusq; fuisset ad soluenda abunde debita uestra; quib; gra-
uamini et propositis in eodem concilio non nullis alijs modis,
sigillatimq; examinatis, nullum alium prorsus obtentum fuisse;
Quin etiam, ut accepimus, nup; in eodem generali nostro con-
cilio iterato deuenisse ad uenditionem gabelle huiusmodi totum
num; omnino debere effectum in graue eorundem Vicariorum
preiudicium; Nos igitur huiusmodi tam noua tam particu-
laris et inequalis onera non iniuria abhorretes, dictorum
Vicariorum supplicationib; inclinati. Vobis sub excommunicatio-
nis et quingentorum ducatorum Camere Apostolicę applicandorum
penis, quas, nisi parueritis, nos incurere uolumus, eo ipso
distichus mandamus, ut uis; presentib; uenditionem predicta
reuocare seu nullius potius momenti fuisse et esse declaretis
et publicetis, prout et nos decernimus et declaramus; premis-
sis, ac iuramento deus prebitis, quod nos similiter relaxamus,
ceterisq; in contrarium facientib; non obstantib; quibuscunq;. Dat;
Romę apud sanctum Petrum sub Anulo piscatoris die. iij;
Ianuarij M. D. xij. Pontificatus nostri Anno primo

Id Sadoleus

A Lugo

Dilectis filijs Inuicib; et Comuni Reue; nostre
Aquependens

n.º 77.

Confirmatis Pij Pape quarti Statutorum et pri-

uilegijs Terre Aquapendens
Item Cause tam Ciuites quam criminales de-
beant cognosci a Potestate doli loci et extra
ditam Terram extrahi nullatenus possint sub
Anno Dni 1561.

A S
PIVS PP IIII

Dilecti filij salutem et Apostolicam benedictionem. Constantia et eximia
deuotionis affectus, quo nos et Romanam reueremini Ecclesiam pro-
meretur, ut his, que uobis per Romanos Pontifices predecessores nostros
concessa diuincuntur, ut eo firmitus persistant apostolice muniminis
presidium impartiamur. Nos itaque uestris in hac parte supplicatio-
nibus inclinatis omnia et singula privilegia exemptiones immunitates,
gratias prerogatiuas, et alias facultates; quodque causa tam ciuites
quam criminales eiusdem Terre coram illius potestate in prima in-
stantia cognosci et extra ditam Terram extrahi nullatenus pos-
sint, tamque se. re. Paulum PP. iij. et alios quorundam Romanorum
Pontifices predecessores nostros, ac eadem Apostolicam sub quibus-
cunque tenoribus et formis ac cum quibuscunque clausulis et decretis
concessa quatenus sint in usu, et uicini obseruanda et Ecclesiarum
libertatem non offendant, nec ad uestra Statuta ordinationes,
reformationes et decreta quatenus sint licita et honesta, ac sacris
canonicis non contraria auctoritate apostolica tenore presentium con-
firmamus et approbamus illas, ualida et efficacia existere, ac
perpetue firmitatis robur obtinere et inuisiolabiliter obseruari debe-
re decreuimus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis
